



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

28. De officio vicarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Officio Vicarij, Tit. XXVIII. 213

C A P. Custos. II. & fin.

Ex Conc. Tolet.

- C**ustos sollicitus esse debet de omni ornamento Ecclesie, & luminariis, & incenso, habere paratum panem, & vinum ad Missam omni tempore, dare signum ad singulas Horas Canonicas, ut iubet Archidiaconus, de eiusdem consensu absente Episcopo tenetur diuidere oblationes, & decimas inter fratres. Item hi tres, videlicet Archidiaconus, Archipresbyter, & Custos, sunt quasi columnae Ecclesie, ideo debent esse unanimis, & sine invidia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Innoc. Butr. Anan. Host. Innoc. Anch. Panorm. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 350. Alagona in compend. iuris Can. pag. 127. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. i. Decret. lib. i. tit. 19. c. 2.
- O**mnes obligationes, &c. Notatur ad hoc quod oblationes lucrari non possunt nisi clerici intercessentes Diminis, ut per Valasc. conf. 14. n. 5. vers. quarto. Et oblationes, quae sunt pro asperione domus, pertinent ad Rectorem, cui competit hoc ministerium, non vero ad Sacristam, Stephan. Quaranta in sum. Bullarij, verbo, Missa, in fine. Oblationes enim indistincte cedunt, & acquiruntur Rectori, c. Sanctorum, c. hanc 10. q. 1. Ferret. conf. 143. n. 4. Bellet. disquis. cleric. p. i. tit. de bonis cler. §. 3. n. 4. Ea vero oblationes, quae sunt tempore Iubilaei, vel anno Sancto in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archipresbyterum eiusdem Ecclesie, non autem ad Episcopum, nam cum Archipresbyter habeat curam animarum, & Sacramentorum administrationem, habet per consequens de iure communi fundatam intentionem in omnibus oblationibus, idque privative ad Episcopum, Abb. in c. quoniam notab. i. in fr. de decimis, Maluer. de oblation. dub. 4. n. 401. Ferret. d. conf. 143. n. 4. & fuit dictum in una Beneventana spoliis 2. Decemb. 1585. coram Orano, quam citat Bellet. d. §. 3. n. 49. ubi n. 50. refert omnia, quae veniant oblationis nomine.
- E**t in oblationibus, quae sacris imaginibus deferuntur, quamvis Episcopo debent resoluunt Angel. in disp. incipit in re fulgenti in dub. Maluer. de oblat. in 4. dub. n. 14. Petr. de Vbaldis de canon. port. c. 4. q. 16. attamen verior, & hodie receptissima est sententia quod siue in Ecclesia Parochiali posita sint huiusmodi sacrae imagines, siue extra, intra tamen limites parochiae, habet fundatam intentionem Parochus super omnibus obventionibus contingentibus intra limites suae parochiae, & ad eum spectant, ita Abb. in c. dilectus, de offic. Ord. n. 4 qui subdit vers. quoad primam, Episcopo solum debent oblationes quando sacrae imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felin. ibid. in princ. & n. 3. & idem Abb. in c. quoniam n. 1. de decim. Capell. Tholof. dec. 483. Ferret. conf. 143. qui bene distinguit n. 2. 3. & 4. Azor. instit. moral. p. 1. l. 7. c. 38 q. 13. Dec. qui fuit pro Parocho contra Episcopum in his oblationibus quae iconi sancti Crucifixi offerebantur, consultat conf. 16. per tot. l. 1. Gurtier. can. l. 1. c. 2. i. n. 162. Maluer. de var. res. lib. 2. c. 42. n. 6. 7. & 8. Ric. in decis. Curiae Archiep. Neapol. dec. 170. n. 7. p. 4. & fuit dictum in Aquilana nullitate erectionis 20. Decemb. 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, quae est decis. 256. p. 1. recent. & in Beneventana spoliis 2. Decembris 1585. coram Orano, & eleganter in Lunen. Saranen. obligationum 8. Februarij 1627. coram R. P. D. Merlino.
- H**itres, &c. Notatur ad hoc quod Custos, Sacrista

& Thesaurarius idem videntur esse, quia cum eorum eadem sint partes & munera pro varietate Ecclesiarum, & locorum videtur nunc idem dici Sacrista, nunc Thesaurarius, nunc Custos, ita Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. 16. q. 8. qui omnes possunt renunciare, Flam. de resign. lib. 2. q. 1. n. 93. & 96.



De Officio Vicarij.

TIT. XXVIII.

S V M M A R I U M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Vicarij perpetui in beneficio ponendi materiam qui tra-
dent, citantur.
- 3 Vicarij seu vices gerentes in iure appellantur illi, qui
in locum alterius magistratus absentis, scilicet mor-
tuis, vel impediti, substituantur ab eis, qui à lege ad
id potestatem habent.
- 4 Episcopis facultas est concessa constituendi sibi Vica-
rios generales etiam circa necessitatem.
- 5 Vicarij etiam interveniente nominatione Episcoporum,
seu aliorum magistratum à lege, seu à Principe
auctoritatem ad id tribuente, constituti censentur.
- 6 Vicarij seu vices gerentes huiusmodi ordinarij iudices
sunt.
- 7 Papa dicitur Christi Vicarius.
- 8 Papa habet Vicarium.
- 9 Vicarij Episcopi tripliciter in iure accipiuntur, quidam
nati seu legitimi sunt, foranei constituti alij, alij vero
dati siue constituti generales nuncupantur.
- 10 Vicarij alij sunt perpetui, alij temporales in benefi-
ciis.
- 11 Vicarius perpetuus dicitur quando beneficium vivit
accessorie.
- 12 Vicarius perpetuus dicitur, id est, quoad vitam ipsius.
- 13 Vicarius in beneficiis ita vocatur respectu Rectoris Ec-
clesiae parochialis, quia hic est principalis persona
in Ecclesia, Vicarius vero tanquam minus princi-
palis & coadiutor vicarium praestat operam.
- 14 Vicarij perpetui habent verum titulum.
- 15 Vicaria perpetua sunt beneficia Ecclesiastica.
- 16 Vicarij perpetui remoueri non possunt etiam si princi-
pales Rectores moriantur.
- 17 Vicarius temporalis quis dicatur, ostenditur.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anan. Panormitan. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 29. verso; Petr. de Rauenna in compendia iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretalium fol. 27. vers. Dan. Venat. in analyt. method. iuris Pont. pag. 87. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Lancel. in instit. Canon. Canif. in summa iuris Canon. Bart. Carthag. in exposition. tit. iur. Canon. Cafarel. in erodem eiusdem, iuris, notissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De Vicario perpetuo in beneficiis ponendo, & de eius officio vide Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Vicaria perpetua, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 6. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 8. 3. mun. 10. cum multis seqq. Hojed. de incompatib. benefic. cap. 5. Gurtier. conf. 8. Flores

Flotes de Mena var. q. 10. Nicol. Garc. de benef. p. 9. c. 2. num. 10. cum seqq. Canil. in summ. iuris Canon. lib. 1. tit. 2. 1.

Officio.] Vide dicta ad rub. de offic. & potest. indic. deleg.

3 Vicarij.] Vicarij seu vicegerentes in iure appellantur illi, qui in locum alterius magistratus absentis, scilicet mortui, vel impediti, substituntur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent, ut deducitur ex l. 1. ibi, *Sine Proconsulatum*, & c. ff. de iur. & curat. datis ab iis, Cujac. lib. 1. quest. Papiniani super l. 2. §. ff. de offic. Proconsul. in princip. Molin. in emporio iur. tit. 2. in prelude, n. 84. ideoque appellantur etiam suffecti, l. 2. §. post hanc, in fin. ibi, *Quo suffectus fieret*, & c. ff. de origine iur. c. quadam, ibi, *Suffecti cons. 2. dist.* & licet magistratus inferiores regulariter tales Vicarios sibi constituere non possint, nisi in certis casibus à iure expressis, veluti necessitatis, siue absentie, *amb. de collat. §. ad hoc prohibemus*, collat. cum aliis, de quibus Alex. in rub. ff. de offic. eius, n. 18. Capic. dec. 1. 51. Auendan. de exequendis mand. lib. 1. c. 1. in princ. Molin. de inst. tom. 6. dist. 1. 3. n. 2. praterquam in Regno Castellæ, in quo Correctoribus permittitur, imo iubetur, ut secum habeant locum tenentes, seu Vicarios iurisperitos, l. 10. tit. 5. lib. 3. *nova Recop* qui vulgo appellantur, tenentes o Alcade maiores, Molin. ubi proxime n. 3. cum aliis infra citandis; & in Republica Ecclesiastica Episcopi, quibus facultatem esse concessam constituendi sibi Vicarios generales, iuxta totum tit. de officio Vicarij lib. 6. ne forensibus negotiis impediti verbo & ministerio Dei circa omnes sibi commissas vacante non possint, omnes agnoscunt, quamvis circa necessitatem controuertant, ut videre est per Abb. affirmatiuam partem sequentem in c. quoniam, n. 13. de offic. ordin. Ruz. de praerogativa Archiep. priuileg. 3. Rebuff. de nomin. q. 14. n. 59. Zechi. de Republ. Eccles. c. 24. vers. primo, n. 3. & 5. per text. in c. in noua 16. quest. 7. c. cum simus q. 3. cap. quia in quibusdam 89. dist. contra alios id negantes, Felin. in d. cap. quoniam, Hojed. de incompatibil. benef. part. 2. c. 10. num. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 66. Nihilominus tamen in omnibus praedictis casibus, quibus à iure permittitur Vicarios constituere, certum est tales Vicarios licet interueniente nominatione Correctorum, Episcoporum, seu aliorum magistratum constituantur, ab ipso Principe, seu lege auctoritatem ad id tribuente constitutos censeri, ex reg. l. 2. vers. omnia enim, C. de veteri iure enuel. tradit ex aliis Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 8. num. 25. cum seqq. ac subinde iurisdictionem habere ratione officij, & tituli Vicariatus, quem obtinent, ut bene inlinuant c. 2. ibi, *Per commissionem officij*, hoc tit. lib. 6. c. cum nullus, in princ. ibi, *Cum ad hoc se ipsius officium non extendat*, de tempor. ordin. eod. lib. obseruant Abb. cons. 2. l. n. 3. lib. 1. Cou. pract. cap. 4. ex num. 4. in fine, siue dicamus talem iurisdictionem eisdem à lege concedi cum officio, ubi primum vicarij constituuntur, ut ex gloss. verbo generaliter, ibi, *Vel dici posset, in c. Romana*, in princ. de appellat. lib. 6. resoluunt Dominic. in c. in fine, de offic. Vicar. eod. lib. Abb. in c. 2. ad fin. ne Prel. vices suas, Sbroz. de Vicar. Episcopi lib. 2. q. 55. num. 14. & 36. Sanch. de marim. lib. 3. disput. 29. num. 13. siue per contrarium asseramus eos iurisdictionem accipere ab ipso Episcopo, vel magistratu ex consensu & permissu legis sicut accipit Legatus Proconsule, l. legati, ff. de offic. Proconsul. cum prator. vers. is quoque, ff. de iudic. ut tenent post alios Cou. lib. 3. var. c. ult. n. 4. Nicol. Garc. d. c. 8. num. 24. utcumque enim sit illam habent ex titulo & officio Vicariatus, ut supra dictum est.

Ex quibus colligitur huiusmodi Vicarios, seu vicegerentes Ordinarios iudices esse, cum iure officij seu iurisdictionem habeant ex Principis, seu legis permissu constituti, quæ propria sunt iudicis ordinarij, de quo latè diximus multis comprobantes de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. ex n. 26. Nec obstat quod tam delegatus, quam vicegerens, seu Vicarius alterius vice funguntur, ac subinde eodem iure censeri debent, quia maximè differt delegatus etenim de quo agit tit. de offic. & potest. ind. deleg. & tit. ff. de offic. eius, vice delegantis fungitur in iurisdictione, sine villo tamen officio, cui talis iurisdictione adhaereat, sed ex sola commissione; per contrarium verò Vicarius, seu vicegerens, de quo loquitur tit. C. de offic. eius, qui vicem alicuius ind. obtinet, licet alterius vice fungatur, est tamen sub ratione officij, & tituli Vicariatus, ratione cuius, non verò solius commissionis eidem iurisdictione defertur, vnde bene obseruat Bell. lib. 1. c. 12. n. 2. ad fin. delegatum personam quidem delegantis cum iurisdictione, non verò locum, aut officium eius representare, Vicarium verò non tantum personam illius in cuius vicem subrogatur, sed magis locum, seu officium tueri, bonus text. sit intelligendus in l. 2. C. de offic. eius, ibi, *Tueri locum Rectorum provinciarum proficiuntur*.

Vicarius in iure Canonico multipliciter sumitur. 7 Nam incipiendo à capite Papa dicitur Christi Vicarius, prout etiam fuit Petrus, c. quanto, post princ. c. in corpore de translat. Episc. c. ubi periculum §. ceterum, de elect. lib. 6. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 4. n. 47. Habemus etiam Vicarium ipsius Papæ, de quo loquitur text. in c. sua nobis, hoc tit. ubi dixi, & Rotan. Firmana pensionis 15. Decemb. 1627. coram R. P. D. Dur. Sunt etiam Vicarij Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, aliorumque Prælatorum, de quibus loquuntur c. 1. 2. & 3. hoc tit. lib. 6. c. 2. de consuet. eod. lib. Hi autem tripliciter in iure accipiuntur, quidam nati, seu legitimi sunt foranei constituti alij, alij verò dati siue constituti generales nuncupantur. Legitimi namque, seu nati dicuntur qui à lege ipsa constituti sunt, Archidiaconus videlicet, & Archipresbyter, c. 1. de offi. Archid. c. ut singula, de offic. Archiep. & obseruant citati per me d. alleg. 54. n. 16. Foranei autem illi appellantur, qui extra ciuitatem, in qua est Episcopi sedes iurisdictionem exercent, ut potè quos Episcopus in certa diocesis parte, vel in oppidis constituit gloss. Verbo, foranei in Clem. et si Principales, de rescriptis & in c. 1. verbo, de offic. Ord. lib. 6. Ego ipse d. alleg. 14. n. 18. ubi plures citati Doctores, Dactini tandem vicarij, seu constituti generales appellantur hi, quos Episcopus creauit; vel constituit ut eius vices gererent in eodem tribunali, & loco in quo ipse ius dicere consuevit. Ego ipse d. alleg. 54. n. 19. ubi numeris seqq. multa circa hanc Vicariorum materiam tractauimus, quæ hic repetere non oportet, præcipuè cum de illis non agat hic tit. sed solum de Vicariis in beneficiis, de quibus sequitur ut aliquid dicamus.

In beneficiis sunt alij Vicarij perpetui, & alij temporales. Perpetui Vicarij sunt quando beneficium vnitur accessorie, nam tunc apponitur Vicarius perpetuus, cap. exurpanda, §. qui verò, de prebend. cap. 1. de capell. monach. c. 1. eod. tit. in 6. Clem. vnic. hoc tit. de quibus Vicariis perpetuis agit totus hic titulus. & dicitur Vicarius perpetuus, hoc est, ad vitam ipsius, Vitalin. in d. Clem. vnic. num. 11. & sic vocatur respectu Rectorum Ecclesiarum Parochialium, quia hi sunt principales personæ in Ecclesia, ex qua primò & principaliter cura incumbit: at verò vicarij tanquam minus principales & coadiutores Vicariam præstant

prestant operam, notat gloss. ult. in c. ad hoc, hoc tit. & in c. fin. verbo, annexa, de prebend. in 6. recepta communiter per Doctores ibid. ut per Card. n. 10. & Innoc. VII. in d. Clem. vnic. Aufser. ad capell. Tholof. decis. 109. Petr. Greg. rei benef. c. 10. n. 26. notantes merito rubricam de capellis Monachorum sic concipi, non verò de capellis vicariorum, & sic iste Vicarius perpetuus non est proprius Rector Ecclesiæ, sed Rector Curæ animarum, & ex parte, ubi Abb. not. 3. hoc tit. Vitalin. in d. Clem. vnic. n. 24.

- 14 Tales perpetui Vicarij habent verum titulum, d. Clem. vnic. & ibi gloss. & citati ad d. c. ad hoc, num. 1. quicquid dicat gloss. ibi verbo, remouere, & sunt verè beneficia Ecclesiastica, ita ut dispositiones omnes, quæ de beneficio curato faciunt mentionem circa vacationem per affectionem, & non promotionem, & de eorum atate in perpetuis Vicariis procedere notant variis in locis scribentes, & probat text. op. in c. postulasti 27. de rescript. ibi, non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetua Vicaria prouentibus est prouisum, s. Michael, de filiis presby. prosequitur Rebuff. in praxi tit. de Vicariis perpetuis n. 14. Gom. in reg. de idiomate q. 11. Flamin. Parif. de resign. benef. lib. 1. q. 1. n. 315. cum seq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 3. n. 21. & plures citati per me in tr. de appellat. verb. viri que iuris signific. 16 nif appell. 3. ex n. 4. Et ideo huiusmodi perpetui Vicarij remoueri non possunt, etiam si Rectores principales moriantur, Rebuff. ubi sup. n. 15. Hojed. de incompatib. benef. p. 1. c. 1. §. n. 12.

- 17 Vicarius temporalis dicitur quando solummodo ad tempus, vel ad voluntatem constituentis fit, veluti quando quis habet duas Ecclesias Parochiales æquè principaliter unitas, tunc enim vnus Curatus est vtriusque, & non tenetur constituere Vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse non vult illi inferuire, c. temporis 16. q. 1. c. 1. ne Sede vacante; vel quando beneficium est unitum mensa Episcopi, seu Capituli, quia tunc potest constitui Vicarius temporalis, ut inquit gloss. verbo, ad mensam, in Clement. 1. de excessibus Prælator. gloss. & Doctores in Clem. 1. de rescript. quod tamen hodie limitatur per constit. Pij V. quæ incip. Ad exequendum, Kalend. Nouembris 1567. vel quando unitur beneficium simplex, quia tunc non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis, gloss. verbo, Parochialium in d. Clem. vnic. hoc tit. Qui quidem Vicarij temporales possunt amoueri per illum qui eos constituit, & non gaudent prærogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Rectores, & Vicarij perpetui, quia eorum Vicariæ temporales non dantur in titulum, neque in perpetuum, ac proinde non sunt Ecclesiastica beneficia, nec vti talia regulantur, neque comprehenduntur sub reservationibus, quæ omnia sigillatim comprobatur Gonzal. ubi sup. ex num. 35. De triplici curæ genere, actualis scilicet, habitualis, & exercitio illius, & an & quando Vicariis incumbat egi latè ad cap. ult. infr. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicariam perpetuam in beneficio curato obtinens, si consequatur secundam, vel aliud beneficium habens curam animarum, ipso iure vacat prima per ademptionem secundæ, & n. 2.
- 2 Vicariæ perpetuæ sunt beneficia.
- 3 Probanda non probans ex officio à iudice respuit.

C A P. Ad audientiam. I. Alex. III.

Vicariam perpetuam in beneficio Curato obtinens, si consequatur secundam, vel aliud beneficium habens curam animarum, ipso iure vacat prima per ademptionem secundæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Anan. Panorm. Host. Anch. Henric. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 352. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 128. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 20. c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 30. c. 5.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Flamin. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 115. & 118. & Seb. Cæf. in relect. de Ecclesiastica hierarch. p. 2. d. sp. 14. §. 8. n. 5. Nam Vicariæ perpetuæ sunt beneficia, Rot. decis. 2. n. 1. de excessibus Prælat. in nouis. Hojed. de incompat. benef. c. 1. §. n. 11. Rebuff. de nominat. q. 9. n. 7. Gamb. de officio Legati. lib. 5. rub. 1. n. 100. & lib. 1. n. 11. Flamin. de resign. lib. 2. q. 1. n. 112. Azor. inst. mor. p. 2. lib. 1. c. 6. q. 5. & 6. c. 19. q. 19. Lessi. de iustitia lib. 2. c. 3. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 3. n. 19. Nic. Garc. de benef. p. 9. c. 2. n. 196. Sebatt. Cæf. d. §. 8. ex n. 1. & disposita de beneficiis habent locum in Vicariis perpetuis, Hojed. p. 2. c. 10. n. 10. cum aliis per me citatis ad rub. vers. tales.

A petitione supradictæ Vicariæ, &c. Notatur ad hoc quod probanda non probans officio à iudice respuit, ut per Argel. de legitimo contradicte, q. 4. n. 145. & n. 214.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarias plures quis habere non potest.
- 2 Vicariæ perpetuæ sunt inter se incompatibiles.

C A P. Prouideas. II.

Vicarias plures nullus potest habere, est enim contra ius, cum Vicarius debeat seruire Ecclesiis, & personis Ecclesiarum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 352. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 128. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 20. c. 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 39. c. 6.

Collige ex text. quod duæ Vicariæ perpetuæ sunt inter se incompatibiles, ut per Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensatione aratis §. vel earum perpetuæ Vicariæ, Bened. Capra reg. 90. n. 25. Flamin. de resign. lib. 3. q. 1. n. 116. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tr. 3. n. 293. in fine, vide dicta in c. præcedenti, & quæ dixi ad Clem. vnic. hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius perpetuus per Episcopum institutus per Rectorem remoueri, vel portione sua frandari non potest.
- 2 Portio congrua Vicariis perpetuis assignanda qualiter sit, ostenditur.
- 3 Vicarius perpetuus non potest remoueri, etiam si Rector principalis moriatur.
- 4 Rector Ecclesiæ patronatæ potest apponere in ea Vicarium temporalem sine consensu patroni.

CAP.

CAP. Ad hæc. III.

Vicarius perpetuus per Episcopum institutus à Rectore remoueri, vel portione sua fraudari non potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anchar. Buttr. Imola, Anania. Innoc. Panorm. Henric. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 353. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 128. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 20. c. 4. & est post Conc. Lateran. sub Alexand. III. p. 32. c. 9.

Certam assignauerit portionem. Antequam Antistes certam decernat Vicario perpetuo portionem, perferuntur oportet qualitates & circumstantias loci, beneficii, personarum, morum regionis, & alia quamplura recensita à Rebuff. in tract. congruus portio, q. 8. præsertim. n. 61. Valenzuela conf. 54. à n. 42. lib. 2. quos refert Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 7. c. 6. n. 117. Surd. de alimentis, tit. 4. q. 2. n. 44. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 365. à n. 17. & c. 399.

Non potest eundem ab Ecclesia remouere. Notatur ad hoc quod Vicarius perpetuus non potest remoueri etiam si Rector principalis moriatur, vt per Rebuff. in praxi benefic. tit. de Vicariis perpetuis, n. 15. Hojed. de incompatibil. benefic. p. 1. c. 1. §. n. 12. quos refert & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 22. Cald. Percira de empt. c. 26. n. 24. vbi etiam quod nec potest remoueri à successore beneficiarii, qui consensit institutioni.

In gloss. Episcopi ibi, non credo quod consensus patroni sit requirendus. Notatur ad hoc quod Rector Ecclesiæ paronata potest apponere Vicarium temporalem in illa sine consensu patroni, vt per Lambertin. de iure patr. l. 3. q. 1. art. 10. n. 1. Gonzal. d. §. 3. n. 38.

In gloss. Remouere ibi, sed non dicit habere Ecclesiam quoad titulum. Contrarium, immo Vicarios perpetuos habere verum titulum, est verius, vt contra hanc gl. tenent Gambar. de offic. legati de later. l. 6. tit. 1. de dispensat. n. 10. Gonzal. d. §. 3. n. 20.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius potest alium Vicarium ponere, & n. 2.
- 3 Vicarius Episcopi nō potest facere seu substituere alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat.

CAP. Clericos. IV.

Vicarius non potest substituere Vicarium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Henric. Buttr. Panorm. Host. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 353. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 128. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 20. c. 5. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. p. 39. c. 3.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Zabar. l. in Clem. 2. de rescript. num. 4. vbi ampliat ad Vicarium Papæ, Maranta de ordine indic. part. 4. dist. 5. num. 12. Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 36. num. 3. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1599. Auiles ad cap. 4. Prætorum, verbo, iustitia, num. 7. Azueved. l. 1. num. 8. tit. 9. lib. 3. recop. Mench. illustr. cap. 31. num. 21. Auendan. de exequendis mandatis, p. 1. cap. 3. num. 5. vbi limitat quando esset consuetudo in contrarium,

vel Vicarius haberet potestatem ponendi alium, vel substitutus poneretur ex causa infirmitatis, vel ex alia parum duratura. Et idem in Vicario Episcopi, quod scilicet non possit facere seu substituere alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat, tenent gloss. verbo, opus, in cap. 1. hoc tit. lib. 6. vbi Anchar. n. 2. Domin. n. 11. Put. decis. 168. p. 1. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. q. 66. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 113. Zerol. in praxi Episcopi, verbo, Vicarius, dub. 4. Petr. Lazar. de monitor. q. 6. n. 10. Nicol. Garcia de benefic. p. 5. c. 8. à n. 148. Vgolin. de offic. & potest. Episcopi, cap. 4. §. 7. n. 2. vers. 11. Ego ipse eod. tract. p. 3. alleg. 54. n. 99. vbi n. 100. & 101. resolutio possit delegare viam, vel plures causas, aut substituere ad modicum tempus, vel ex causa.

Nam, sicut, vt inquit nostri, ad euitandam infirmitatem, l. fideicommissa 11. §. si quis decem, ff. de legat. 3. rerumque ac negotiorum vt aliquis sit terminus, l. fin. C. de Sacros. Eccles. non datur seruitus seruitutis, l. 1. ff. de usufr. leg. nec vicarius vicarij, Angel. in l. more maiorum, ff. de iurisdi. omni. iud. in princ. nec commoditas commoditatis, Feder. Scot. conf. 19. num. 37. & seq. lib. 2. nec vfurarius vicarius, siue illæ perantur tanquam fructus, siue tanquam pœna, l. fin. C. de usufr. l. 10. l. fin. ff. de magistr. conuen. l. neque eorum, ff. de usufr. Honded. conf. 50. n. 18. & 40. lib. 1. nec subdelegatus subdelegati, cap. super questionum, §. porro, de offic. deleg. nec exemplum exempli instrumenti etiam solemniter extractum probat, Put. decis. 155. n. 2. lib. 1. nec procurator constitutus cum facultate substituendi potest substituere procuratorem cum pari facultate, Domin. à S. Gemin. in cap. 1. §. licet, n. 7. de procur. in 6. Nec fictio fictionis datur, nec præsumptio præsumptionis, nec retortio retortionis iniuriæ admittitur, Anguilol. conf. 36. n. 6. Alciat. conf. 63. n. 6. & seq. lib. 5. nec datur reconuenticio reconuentionis, nec accessio accessionis, nec officium officij, nec superioritas superioritatis, nec recipiuntur testes reprobatōrij reprobatōrij, c. veniens, de testibus, Port. conf. 209. n. 7. Andr. Kol. exercit. legal. 16. num. 22. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 30. & seqq. Bald. conf. 439. num. 1. vers. 12. vol. 1. Hering. de fideiusso. c. 4. n. 49. & seq. nec usufructuarius propriè saltem potest alium eiusdem rei facere usufructuarium, §. fin. Instit. de usufructu l. si usufructus 67. ff. de iure dot. Sanch. in præcepta decalogi tom. 2. lib. 7. c. 13. n. 14. & seq. ita neque videtur concedi posse vt Vicarius substituat vicarium, sicut text. probat.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius Papæ in vrbe iurisdictionem habet, non extra illam, nisi specialiter illi concedatur, & n. 2.
- 3 Vicarius Papæ mortuo Papa non expirat.
- 4 Vicarius Papæ potest ratione sui officij prima tonsura ordinare forenses sine proprij Episcopi licentia.

CAP. Sua nobis. V.

Innoc. III.

Vicarius Papæ in Vrbe iurisdictionem habet, non extra illam, nisi specialiter ei concedatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Hostiens. Innoc. Panorm. Anania, Henric. Buttr. Viu. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 334. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 128. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 20. c. 1.

Hanc

² Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Galganet. de iure publico, lib. 1. tit. 36. n. 7. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 39. de Vicario Urbis, ubi latè de eius officio, de quo etiam aliqua tradunt Hoied. de incompatib. benef. p. 1. c. 15. n. 1. Paulin. de potestate Capituli Sede vacante. c. fin. Vestr. in pract. lib. 2. c. 6. Est velut Ordinarius in diocesi Summ. Pontif. habetque iurisdictionem in clericos, Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 5. n. 19. faciunt quæ Maranta de ordine iudic. p. 4. dist. 5. n. 9. quæ mortuo Papa non expirat, cum non prohibeatur etiam statim post Sedem vacantem ad Ordines dimissorias impartiri, eo quod Conc. Trid. sess. 23. de reformat. c. 10. minime restringit iurisdictionem Sedis Apostol. quamvis vacantis, Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 6. Henric. in summ. lib. 10. cap. 22. §. 3. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 9. c. 8. n. 6. quos ego ipse refero de officio, & potest. Episc. part. 2. alleg. 7. num. 13.

⁴ Rota in una Firmiana pensionis 15. Decembris 1627. coram R. P. D. Duran. firmavit Vicarium Papæ posse ratione sui officij prima Tonsura ordinare forenses sine proprij Episcopi licentia, & sic censuit translationem pensionis factam ad fauorem istius sic ordinati fuisse validam, non obstante quod illegitimus esset, quia eo ipso quod est clericus, sit capax pensionis etiam super Cathedralibus absque alia expressa dispensatione, vt dixi ad cap. proposuit, n. 4. de filiis Presbyt. Probatur autem facultas Vicarij, hac de re ex ipsius attestacione in literis Clericatus, quatenus ibi attestabatur illum ordinasse in vim facultatem Apostol. cuius attestacioni standum est, vt potè facta tempore Ordinis suscepti, quo non agebatur de alicuius præiudicio. Pat. decis. 349. lib. 1. c. 347. lib. 2. in correct. Mohedan. decis. 21. n. 2. de renuntiat. Achil. decis. 2. n. 5. de filiis Presbyt. Rota decis. 321. part. 1. recent. & tanto magis, quia attestatio sit ab Illustrissimo Cardin. Urbis Vicario in Curia degente, cui propter præsentiam Papæ creditur de commissione sibi data, Gabr. comman. tit. de probat. conclus. 3. num. 10. Caputaq. decis. 95. part. 1. Seraph. decis. 1292. n. 2. tum quia attestatur de facultatibus sibi competentibus ratione sui officij, cui plene credendum est etiam sine aliquo speciali mandato, arg. cap. nobilissimus 97. dist. Gabr. d. concl. 3. n. 14. Menoch. de arbit. q. 66. n. 10. Rot. in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. coram R. P. D. Duran.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarij perpetui sunt compellendi residere.
- 2 Vicarium perpetuum dicitur habere beneficium curatum.
- 3 Vicarius Ecclesiæ Curatæ debet annum 25. attingere, & intra annum Sacerdos fieri.
- 4 Vicarius perpetuus habet curam animarum.
- 5 Parochialem annexam canonicatui habens accessorie, & in perpetuum per Vicarium ad sui nutum amovibilem deferri solitam an possit in eius cura exercitio se intromittere, ostenditur.
- 6 Beneficij vniti accessorie nomen & titulus extinctus, & suppressus est.
- 7 Beneficium vnitum nunquam vacat, nec alicui conferri potest.
- 8 Vnionis literæ non dicuntur literæ de beneficio, sed de proprietate, & re prophanæ.
- 9 Vnionis causa non dicitur causa beneficalis.
- 10 Vnio dependenter quando facta dicatur, ostenditur.
- 11 Vnio independenter fieri quando dicatur, ostenditur.

Tom. I.

¹² Vnio quoad spiritualia & temporalia quando facta dicatur, ostenditur.

¹³ Vnio quando fit quoad temporalia cura animarum remanet semper penes Vicarium, quamvis sit temporalis.

¹⁴ Capitulum Cathedralis habens Parochialem Ecclesiæ sibi annexam etiam independentem cur in ea habeat curam ætternam, ostenditur.

¹⁵ Canonicatus habens annexam Parochialem accessorie tenetur solum residere in Canonicatu, & habere ætatem, & requisita ad illum necessaria.

¹⁶ Vicarij in Parochialibus annexis quoad curam à principali dependentiam non habent.

¹⁷ Canonicus habens annexum Parochialem accessorie, & in perpetuum non intulatur in Parochiali, sed in Canonicatu.

¹⁸ Vicarius Episcopi quamvis sit temporalis, Vicarius tamen dignitas est perpetua.

CAP. Ex parte. VI. & fin.

Honor. III.

Vicarij perpetui sunt compellendi residere, vel fieri Presbyteri (si habent curam) per subtractionem proventuum, & Vicarium. Colligunt ex Ordinarij Abb. antiq. Zabab. Collect. Ioan. Andr. Belam. Innocent. Anch. Host. Panorm. Anan. Butr. Viui. in rationali primi libri iur. Pont. pag. 354. Alagona in compendio iur. Can. pag. 128. remissive Ximen. in concord. part. 1.

Probat hic text. Vicarium perpetuum habere beneficium curatum, gloss. fin. in Clement. 1. de officio Vicarij, ubi Bonifac. num. 43. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 3. à numero 19. Nicol. Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 286. Et quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum in Vicaria perpetua, Rebuff. in tract. nominat. quest. 9. num. 7. & quest. 16. num. 13. Gonzal. d. §. 3. numero 21. Nicol. Garcia d. num. 286. in fine, Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 115. cum seqq. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubric. 7. cap. 6. num. 114. ac propterea curatæ Ecclesiæ Vicarium oportere annum 25. attingisse, ait Bonifac. in d. Clement. 1. num. 20. & 28. & intra annum Sacerdotem fieri asserit Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 8. quest. 5. Vnde dicit Nauar. consil. 11. num. 3. de statu Monach. in nouis. quod Vicaria, seu Vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesiâ parochiali vnita alicui dignitati, vel Monasterijs, est beneficium curatum, & habent in eo locum iura statuentia de Ecclesijs parochialibus. Et hinc etiam evenit quod Vicarius perpetuus dicitur Rector curæ animarum; Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 9. 9. in princip. Et penes ipsum dicitur esse tantum animarum cura & exercitium, vt tenuit Cardin. in d. Clement. 1. num. 10. quest. 9. versic. indistinctè cura dicitur apud Vicarium quoad omnem effectum, & in Clement. 1. de irregul. num. 8. versic. & magis propriè in effectu ipsi instituti sunt Prelati, Anchar. consil. 404. num. 11. versic. nam Vicarius non recipit titulum à Rectore, sed ab ipso, & penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exercitium, quod ad id verum est vt si principalis spreto Vicario velit se ingerere in cura animarum, nullo modo possit, vt in terminis dicit Abb. in cap. extirpanda, §. qui vero, de prebend. num. 15. in versic. ex quo sequitur quod Rector principalis non possit ibi exercere curam fori penitentialis, refert Azor. d. part. 2. lib. 3. cap. 6. quest. 2. ad finem

finem, in vers. & ideo Rector sacramenta conferre nec debet, nec potest, sentit Anch. in c. exposuisti, de prae-bend. n. 6. in fin. vers. Vicarij à Canonici in cura depen-dentiam non habent ullo modo, sed auctoritate iuris habent cura exercitum de per se, quam principalis Canonicus impedire non potest, nec in ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus invito Rectore Ecclesiae parochialis posset assu-mere curam animarum, tenuit Rota apud Seraphin. decis. 1009. n. 5. vers. non enim potest per se ipsum exercere. Rot. in Barchinon. Vicaria 17. Maij 1624. coram R. P. D. Merlino.

5 Quæstio est magna, nona, & digna ut eam S. Congregat. dubijs S. Conc. Trident. declarandis pro-posita determinet, vtrum scilicet habens dignita-tem, vel Canonicatum in Cathedrali, vel colle-giata Ecclesiata, cui accessorie, & in perpetuum est annexa Parochialis per Vicarium temporalem à se deputatum ab immemoriali deferui solitam, pos-sit in illius cura exercitio se intromittere? & si in ea se ingerat, an faciat actum validum? Pro parte af-firmatiua est text. in Extrauag. execrabilis, in fine, vers. quantum, de prae-bend. quatenus decidit illa beneficia Ecclesiastica habere curam animarum, quae paro-chias habent, in quibus ipsa est non per Vicarios perpetuos, sed per Rectores, aut ministros bene-ficiorum ipsorum, vel illorum temporales Vicarios exercenda, & rationem reddit ibi gloss. Verbo, tem-porales, quia Rector principalis per temporalem Vi-carium deferuendo per seipsum deferuere censetur, cum ille iure suo hoc non faciat, argument. cap. cum venisset, infra de restitu. spoliat. & l. quod meo, ff. de acquir. possess. & ideo non videtur à se curam anima-rum, quam habet, remouere, ac per consequens il-la non remota ea uti poterit, nam solus Vicarius perpetuus videtur absolueri Rectorem ab exercitio cura, arg. cap. extirpanda, §. qui vero, de prae-bend. evidens enim signum esse curam remanere penes principalem quando Vicarius constituitur tempora-lis, decidit sacra Congreg. proposita dubijs S. Conc. Trid. decidendis.

6 Pro parte verò negatiua faciunt plura & non le-ua fundamenta. Primo, nullus potest in anima-rum cura se ingerere nisi habeat immediatum titu-lum ad illam F. lin. in cap. postulasti, de rescrip. num. 1. vers. & hoc videtur certum quando titulus pra-lature est immediatus ad curam. Sed habens accessorie, & in perpetuum annexam parochialem digni-tati, vel Canonicatui, non solum non habet titulum immediatum ad curam animarum ipsius parochia-lis, sed nec vllum Ecclesiasticum, cuius praetextu se in ipsius cura possit intromittere, nam post vnio-nem eius nomen & titulus ita extinctus fuit, & sup-pressus, Doct. in cap. cum accessissent, de constir. gloss. verbo, Ecclesias, in Clem. per literas, de prae-bend. post Oldrad. & Cassad. tenuit Rota in Burgen. seruitij Deca-natus 13. Iunij 1594. coram D. Litta, refert Nicol.

7 Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 510. ut in ea nul-lus amplius possit institui, Franc. in cap. 1. numero 7. vers. non obstat, de filiis Presbyt. lib. 6. Nicol. Garc. p. 11. cap. 5. num. 193. aut alicui conferri, Rota in Verdmun. Decanatus 9. Martij 1580. coram Illustriss. Cardin. Lancelloto, relata per Garc. part. 3. cap. 1. num. 270. nunquam enim vacare censetur, Rota decis. 114. n. 5. p. 2. diuers. Gom. in reg. de triennali, quaest. 8. sub n. 2. Gonzal. gloss. §. 7. n. 7. Nicol. Garc. part. 12. c. 12. n. 5. Ergo, &c.

8 Nec pro titulo sufficere poterunt literae vnio-nis, quia illae dici non possunt literae de beneficio, sed de proprietate, & re prophana, Rota decis. 1. n. 5. de rebus Ecclesiae non alienan. in antiq. practica.

Rota, impressa post 2. part. decisionum dinerforum, tit. de Vnio. num. 13. Nicol. Garc. part. 12. cap. 2. num. 13. tum quia parochialis praedicta post vnio-nem ita transiit in temporalitatem, Rot. decis. 2. de excessib. prae-lat. in notis, Cassad. decis. 3. num. 1. de iudic. Mantie. decis. 159. num. 1. ut causa vnionis non dica-tur amplius causa beneficalis, Cassad. decis. 3. num. 1. Gonzal. d. gloss. §. 7. num. 17. & lis introducta super beneficio ut vnio non sit lis super beneficio, Rota apud Mantie. ibi proximè, & in vna Legionen. prest. in memoriam de Palacios 16. Ianuarij 1595. coram Illustr. Card. Pamphilio, relata per Nicol. Garc. p. 12. cap. 2. num. 11.

Quare pro terminorum cognitione sciendum est 10 accessorie, & in perpetuum alteri beneficio vnio-nem posse fieri dependenter, vel independenter: de-penderet, quando scilicet vna Ecclesia parochialis propter locorum distantiam diuiditur in duas & creata de nouo accessorie antiquae vnita dicitur fi-lialis, & nativa, vel quando aliter dependet à benefi-cio principali, & hoc casu si in vnita accessorie de-penderet constituitur Vicarius temporalis, habe-bit tantummodo curae exercitum, penes vero Recto-rem principalem erit cura tam habitualis, quam actua-lis. Ratio est, quia beneficium annexum processit à principali, vnde quoad spirituale & temporale praesumitur vnium, itavt Rector vnus sit Rector alte-rius, & in vtraque intitulo, cuius nomine solum-modo Vicarius curam exercet.

Independenter vero fit vnio quando beneficium 11 curatum annexum non processit à principali, sed alias erat de per se, & fuit vnium independenter principali simplici, quo casu ipsum principale non dicitur curatum respectu beneficii annexi, quia qua-litas annexi accessorie non debet redundare & in-fluere in principali, cap. super eo, & ibi omnes, de prae-bend. Rebuff. in reper. dist. cap. extirpanda, §. quia vero, num. 146. de prae-bend. & dicit Nauar. concil. 10. num. 3. de maiorib. & ibid. in notis, per annexione-m parochialis beneficium principale, si sit simplex, non crescere nec fieri curatum per Ecclesiam parochia-lem ei annexam, imo potius parochialem ipsam recipere simplicitatem beneficii, cui vnitur, eo quod vnitur & annexatur beneficio simplici, nec refert quod Vicarius in annexa constituitur temporalis, quia cum de iure debeat poni perpetuus, ex d. cap. extir-panda, §. qui vero, si ponatur temporis Episcopi ne-gligentia, vel ex priuilegio, aut consuetudine, non per hoc dicitur curatum ipsum beneficium principa-le, aut penes illius Rectorem esse maiorem curam, quam habitualement, nisi expresse constet vnionem fuisse factam etiam quoad spiritualia, vel specialiter concessum ut Rector principalis per se ipsum deferu-ire possit.

Quoad spiritualia, & temporalia dicitur facta 12 vnio, quando id dictum sit, & praesumitur quan-do vna Ecclesia dependenter alteri vnitur, nam si fiat accessorie & in perpetuum simpliciter & inde-penderet alteri beneficio quoad temporalia praesu-mitur facta, ita ut principalis habeat solummodo facultatem percipiendorum fructuum, & dispositio quoad spiritualia sit penes Vicarium, & sic cura ha-bitualis est in illo, qui praest beneficium principalis cura verò actualis transit ad Vicarium, Vitalin. in Clement. 1. à num. 8. de excessibus Praelat. quia cura ani-marum probatur esse penes illum, cui incumbit spe-cialiter iurisdic-tio spiritualis, id est administratio Sacram-entorum, Mascard. conclus. 468. num. 1. Et nihil refert an hoc casu sit Vicarius temporalis, ut praesumi possit maiorem curam esse penes prin-cipalem,

cipalem, quia cum huiusmodi Parochialis transierit in temporalitatem, & penes Rectorem sit titulus prophanus, virtute illius non poterit nisi temporalia gubernare, & percipere fructus, qui remanent soluto Vicario, & aliis oneribus, non tamen administrare Sacramenta Parochianis, nec uti aliis iuribus spiritualibus, in tantum quod cura habitualis, quam solummodo retinet, hoc casu ex defectu tituli spiritualis sit irreducibilis ad actum; nam cum titulus ad curam debeat esse immediatus ad illam, Felin. in cap. postlastus, de rescript. num. 1. versic. & hoc videtur, si cum titulo temporali in ea exercenda principalis Rector se intromittat, furtum committere quodammodo, vel rapinam in sui quoque salutis, & multarum animarum dispendium, ut dicit text. loquens de exercente curam animarum in Parochiali, cuius titulum per priuationem amisserat, in cap. dudum 54. paulo post princip. de elect. tum quia super faciendo concursu in Vicariis non attenditur an sint perpetui, vel ad nutum amovibiles Vicarij, sed tantum an totalis cura sit translata in Vicarios. Rota in causa Vixbonen. iuris conferendi, 2. Decembris 1605. coram D. Litte. & in Vixbonen. Concursum 1. Iunii 1615. coram D. Remboldo, apud Farin. decis. 710. num. 2. p. 2. reperi. clare præsupponens posse temporales Vicarios habere curam etiam actualem.

- 13 Vnde quando Parochialis accessorie, & in perpetuum quoad temporalia alteri beneficio vnitur, idem operatur effectus, & eadem cura est penes principalem tam si constituatur perpetuus Vicarius, quam si deputetur ad nutum amovibilis. Ratio est, quia cum de iure communi in Parochialibus annexis debeant constitui perpetui Vicarij, dist. cap. extirpanda, §. qui vero, cap. ad hac, officio Vicarij, cap. 1. de capellis Monach. lib. 6. attamen si de facto, aut ex negligentia Prælatorum, vel consuetudine, aut privilegio Vicarij temporales deputentur in hoc casu ubi perpetui constitui debebant, non sufficit hoc ut exinde colligi debeamus Vicarium temporalem habere tantummodo curæ exercitium, habitualem verò ac actualem penes Rectorem existere; nam beneficium vnitum in temporalibus potest habere privilegium nominandi Vicarium ad nutum amovibilem, licet eo casu possit Episcopus, si sibi videbitur, deputare Vicarium perpetuum, non obstante privilegio, iuxta Concilij Tridentini dispositionem sess. 7. de reformat. cap. 6. Flores de Mena varior. lib. 1. quaest. 10. num. 39. Erectio enim de Vicaria ad nutum in perpetuum per Episcopum facta ex facultate sibi concessa per Concil. dist. cap. 7. non alterat vñionem iam factam quoad exercitium curæ, Caualex. decis. 595 num. 2. in fine. Si autem quæras penes quem sit hoc casu beneficij titulus, respondebitur iam non existere, cum fuerit suppressus, & extinctus per vñionem accessorie factam, quæ alio nomine extinctiva tituli dicitur, curæ verò titulum esse penes Episcopum, Rota decis. 309. num. 3. part. 2. diuers. quem ipse Vicarius recipit ab eo, non autem à Rectore principalis beneficij, Anchar. cons. 404. n. 11.

- 14 Nec dubium facit, quod in Parochialibus Ecclesiis annexis Capitulo etiam independenter cura tam actualis, quam habitualis est penes ipsum, Vicariis temporalibus solum curæ exercitium habentibus; nam hoc ideo procedit, qui per vñionem factam quoad spiritualia & temporalia totalis cura in Capitulum translata fuit, & Vicarij uti simplices ministri nomine Capituli illam exercent; ex ea ratione quia Cathedralis dicitur Parochia totius Dioc-

Tom. I.

cesis, tum etiam, quia licet Vicarij Parochianis Sacramenta administrant, tamen ceteri Canonici in principali Ecclesia, Collegiata, vel Monasterio cetera munia exequuntur, celebrent scilicet, horas divinas cantant, & prædicant, & ideo nihil mirum si in Capitulum, Collegium, vel Monasterium totalis cura transferatur, ipsi verò Vicario incumbat tantum illius exercitium.

Ex quibus omnibus iam colligitur negatiuam opinionem de iure veriore esse quando vnio fit independenter, qui enim negare poterit habentem Canonicatum, vel alij simplici beneficio annexam Parochialem independentem ab ipsius Parochialis onere, cura, & residentia absolutum esse, nam in ea residere non tenetur, sed in Canonicatu, ut declarauit sacra Congregat. apud Garc. part. 3. cap. 2. num. 179. decl. 12. Nec tenetur habere qualitates, quæ requiruntur in prouisis de Parochialibus curam animarum habentibus; nam ultra quam quod titulo careat, à quo sibi spiritualis concedatur iurisdictio, patitur ætatis defectum, quia cum curatum beneficium qui vult obtinere debeat esse constitutus in ætate 25. annorum inceptorum, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & intra annum ad Sacerdotium promoueri, alias vacat beneficium ipso iure cap. licet canon. de elect. lib. 6. & ideo prouisus de Canonicatu, cum sufficiat enim esse in minori ætate constitutum, ut sacra censuit Congregat. non potest se ingerere in cura animarum, in qua exercenda ætatis maturitas, & morum gravitas requiritur. Deinde defectum patitur scientiæ, nam cum ad curata beneficia maiorem omni flagitent iura peritiam, cum sit ars artium, atque ideo onus vix Angelicis humeris sustinendum, ipse tamen Canonicus non tenetur habere maiorem scientiam, quam illam, quæ requiritur ad sum Canonicatum, nulla habita consideratione ad Parochialem accessorie vnitam, ut censuit sacra Congregatio, & ita scire tantum canonicas horas recitare, & construere, ut tenet gloss. verbo, reputamus, in Clement. 1. de concess. prebend. Gonzal. gloss. 4. sub num. 73. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 5. cap. 3. num. 2.

Non obstat quod Vicarij debeant institui ad præsentationem Canonici, vel Beneficiati, cuius Canonicatui, vel beneficio Parochialis accessorie est vnita; respondetur enim per huiusmodi deputacionem Vicario nullam iurisditionem per Canonicum dari, quia in cura Vicarius ab illo dependentiam non habet, ut supra ostendi, tum quia deputare Vicarios perpetuos, vel temporales in annexis Parochialibus solum pendet ex Ordinariorum arbitrio, ex Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. in illis verbis, ibi, etiam perpetuos, nisi ipsis, &c. & ideo sacra Congregat. iam declarauit relinquere arbitrio Episcopi an oporteat ponere perpetuum Vicarium in Parochialibus vñitis Archidiaconatui, seu aliis dignitatibus, vel Canonicatui, teste Nicol. Garc. part. 11. cap. 2. num. 9.

Nec obstant quæ pro prima opinione affirmatiua supra adduxi, nam ad Extrauisg. Execrabilis, facile respondetur loqui de Rectore habente curam animarum in Parochiali in qua primo, & principaliter est intitulus, qui eam aliquando propter iustam absentiam, aliamve similem causam ad certum tempus exercere potest per Vicarium temporalem, & in hoc casu procedit resolutio illa, quod Rector per temporalem Vicarium deseruendo per se ipsum deseruire censetur, quod est dissimile à casu proposito, in quo principalis Canonicus, seu

T 2 bene

beneficiatus, qui habet annexam Parochialem suo Canonicali, vel beneficio, non intitulatur in Parochiali, sed in Canonicali, vel beneficio, cui est annexa accessoria, & in perpetuum, Franch. in c. 1. n. 7. *versic. non obstat, de filiis Presbyr. lib. 6. Nicol. Garc. p. 11. c. 6. n. 19.* nec deputat Vicarium temporalem ob causam, vel ad certum tempus, ob quam, vel usque ad quod Vicaria durat, quasi cessante causa, vel tempore elapso possit Parochianus curam per se exercere, prout in terminis cap. cum ex eo 34. de elect. lib. 6. sed deputat Vicarium, quamvis temporalem, necessarii tamen ponendum, qui licet ex consuetudine immemoriali, seu privilegio possit esse ad eius nutum amovibilis, Vicaria tamen est perpetua erecta; nihil enim inconuenit, nec contrarietatem implicat quod Vicarij dicantur temporales & Vicaria perpetua sit, quia eodem modo Vicarius Episcopi temporalis est, & tamen Vicariatus dignitas perpetua indicatur, Gabr. consil. 32. n. 19. vol. 2. quem refert Sbroz. de officio Vicarij, lib. 1. q. 4. in fine. Sic etiam procedit Sacre Congregationis decisio supra relata pro eadem prima opinione affirmatiua, dum habet Vicarium amovibilem in exercitio curae animarum arguere curam esse penes deputantem, quod & manifestè ostenditur in eius fine, dum ibi dicitur, quod residere ipse deputans teneatur, vt refert Nicol. Garc. d. n. 179.



De officio, & potestate iudicis delegati.

TIT. XXIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes, & de illius materia agentes citantur, n. 2.
- 3 Officium aliquando accipitur pro eo quod voluntariè, seu liberaliter fit.
- 4 Officium nonnunquam designat beneficium quod amicis exhibemus, & quod homo homini in quantum homo est, praeat.
- 5 Officium frequentius sumitur pro eo quod unusquisque pro sua conditione, siue publica, siue priuata obligatione facere tenetur, & ei conuenit.
- 6 Officium paternum, seu pietatis officium inter parentes dicitur obligatio illa, qua parentes tenentur filias in matrimonium collocare, heredè seu instituere.
- 7 Officium vocatur obsequium illud, quod libertas patrono prestare tenetur.
- 8 Officium diuinum appellantur inter Ecclesiasticos Hora Canonica.
- 9 Officia in iure appellantur tam beneficia Ecclesiastica, quam etiam alia munera non solum publica, sed etiam priuata, licet sint vilia.
- 10 Officium, & artificium in quo differant, ostenditur.
- 11 Declaratur l. legatis 65. §. si ex officio, ff. de legat. 3.
- 12 Potestas siue potentia derivatur à verbo, possum, potes.
- 13 Potestatis nomen latissimum est plura significans, solumque distinguitur ratione materiae.
- 14 Potestatis verbum aliquando per antonomasiam merum imperium significat.
- 15 Verba, officio, & potestate, in hac rubr. posita, in

quo sensu intelligantur absque eo quod alterum abuteretur, ostenditur.

- 16 Verbum, potestate, quare in hac rubr. appositum fuerit, cum in illa ff. de officio eius, quae huic responderet, omisum reperitur, ostenditur.
- 17 Delegatus in iure aliquando appellatur ille, qui vice alterius creditori datus est.
- 18 Delegatus index aliquando idem est atque iudex datus.



VERB. hanc rubr. scripserunt Zabarel. 1 Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Felin. Dec. Bùr. Barbat. Anchar. Guid. Papae, & Peregrin. lib. 1. variat. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 30. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. Petr. de Rauenenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mesnart. in epistome Decretal. fol. 28. verso, Daniel. Venator. in analysi method. iur. Pontificij, pag. 90. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. German. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 80. nouissimè Honor. lib. 1. summ. in Decretal. omnes sub hac rubr. & volum. 2. repetitionum in iure Canonico ad primum Decretalium librum, Franciscus Coscius, & Quintil. Mandos. in appendice.

De materia huius tituli agunt Guillelm. Durand. 2 in speculo iuris, lib. 1. part. 1. sub tit. de indice delegato, & apud Hispanos l. 19. tit. 4. part. 3. Kirchou. & Donat. à Fina tom. 1. communium opin. lib. 1. tit. 2. Praxis Episcop. part. 1. verbo, delegatus, Ioan. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 2. de potestate, & iurisdic. delegata, & Nanar. lib. 1. conf. sub hoc tit. decem ponit consilia, & tria Iacob. de Grassis tom. 2. consiliorum, lib. 1.

Officio.] Omisita illius etymologia, de qua S. Thom. 2. 2. quæst. 186. artic. 3. Decius in hac rubr. num. 3. Abb. in cap. post cessionem, num. 2. de probat. Bolognet. in rubr. num. 37. & 38. ff. de officio eius, Vertus. & Brisson. verbo officium, sciendum est quod licet aliquando præ eo accipiat quod voluntariè, seu liberaliter fit, vt in l. 1. ff. mandati, l. in commodato, §. sunt, ff. commodati, indeque beneficium 4 designet quod amicis exhibemus, & quod homo homini in quantum homo est, praeat, l. seruus, 7. ff. de seruus export. vnde officiosi dicti, & Cicer. lib. 5 de Amicitia, ait odiosum sanè genus hominum officia exprobrantur. Frequentius tamen & proprius officium pro eo sumitur quod unusquisque pro sua conditione siue publica, siue priuata obligatione facere tenetur, & ei conuenit, vt ante alios definit idem Cicer. lib. de inuent. relatus à Panormit. vbi proximè, inquit esse id quod natura, vel lege implere necesse est, & est text. in l. 1. ibi, debitum officium, C. de his, quibus vt indign. l. 3. §. 1. in fine, ibi, officium, quod in se recepit, impleverit, ff. de recept. arbit. l. officio, & ibi gloss. C. de negot. gestis, tradunt post Abb. & Bolognet. vbi sub Corral. lib. 7. miscel. alias lib. 1. epistolic. cap. 21. n. 2. Cas. Costan. lib. 2. de variis ambiguit. iuris cap. 9. Duaren. & alij, quos refert, & sequitur D. Barbosa. in l. 1. p. 4. num. 13. ff. solut. matrim. Sic inter parentes & liberos dicitur paternum officium, & pietatis officium obligatio illa, qua parentes tenentur filias in matrimonium collocare, heredè seu instituere, l. vlt. C. de dotis promiss. iuncta l. qui liberos 18 ff. de ritu nupr. l. 2. ff. de inoff. testam. inter patronum & libertum obsequium illud quod libertus patrono 7 prestare,